

ist unsere ernstliche mainung. Datum zum Hayn sontags nach Simonis und Iude anno 1c. xxv.

Den wirdigen unsern lieben andechtigen dechand und magistrern der facultet artium unserer universitet zu Leipzigk.

5

352.

Notariatsinstrument in welchem Johann Hennigk, Professor der Theologie und Canonikus zu Meißen erklärt, wie er die eigentliche Veranlassung geweßen sei, daß der Cardinal und Bischof Melchior von Brixen der Universität 4000 Gulden zugewandt habe, und daß er versichern könne, daß es des Cardinals bestimmte Absicht gewesen sei, daß nur die theologische und die Artistenfakultät in
10 *der angegebenen Weise daran participiren sollten.* 1526 Mai 5.

Hdschr.: Or. Perg. Archiv der theologischen Fakultät C. 2. Siegel nicht mehr vorhanden.

Anm.: Vergl. hierzu No. 237.

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo |
vicesimo sexto, indictione decima quarta, die vero mensis maii quinta, que erat inventionis
15 crucis, | hora secunda vel quasi post meridiem, pontificatus sanctissimi in Christo patris
et domini nostri, | domini Clementis divina providentia pape septimi anno eius pontifi-
catus tertio, in mei notarii publici et testium infrascriptorum in hoc specialiter vocatorum
et rogatorum presentia in collegio maiore Lipsie Merseburgensis diocesis ac curia habi-
tationis egregii viri domini Martini Meiendorff Hyrsbergii, artium ac sacre theologie pro-
20 fessoris eiusdem collegii maioris collegiati, inclyte facultatis theologie decani, congregato
in hoc pleno concilio egregiorum virorum sacre theologie doctorum omnibusque ac singulis
eiusdem facultatis doctoribus presentibus ac solemniter ut moris est per ministrum uni-
versitatis publicum ad hoc specialiter convocatis, personaliter constitutus vir eximius
dominus Iohannes Hennig, artium ac sacre theologie professor insignis ac exempte
25 ecclesie Misnensis canonicus ac decanus exposuit, recensuit ac enarravit, quomodo ab
ineunte etate fuisset in universitatem ac gymnasium Lipsensem studii ut deceret alum-
num gratum animo propensissimus, quo etiam zelo ut ait ductus ac permotus studuisset
pro viribus eidem universitati ut altrici benefacere ac gratiam referre, neque frustra eam
sese sumpsisse operam, sed dei benignitate confecisse ac effecisse, ut cum reverendissimus
30 in Christo pater ac dominus, dominus Melchior de Meck, miseratione divina presbyter
cardinalis ac episcopus Brixinensis, pro usu, commodo et honore studiosorum ac facultati-
bus liberalium artium ac sacre theologie et eorum professoribus ac lectoribus certam
pecunie summam, videlicet quattuor milium aureorum Renensium in aliquod gymnasium
Germanie destinasset impendere, largiri ac donare, idem dominus cardinalis ac episcopus
35 Brixinensis id munificentie sue pietatis, largitionis ac donationis specimen in Lipsensem
universitatem et academiam Merseburgensis diocesis conferret ac contulisset, id quod ibi-
dem patentibus literis in pergameno scriptis sigilloque predicti domini cardinalis ac epis-
copi Brixinensis munitis, quas publice exhibuit, ostendit ac comprobavit, quibus contine-
batur clare et expresse, quomodo et qualiter ipse prefatus dominus Iohannes Hennig